



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 206. Oratio Joannis Gersonii de B. Virgine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

**Sæcul. XV.** consilio, ut unacum Conventu, ( non  
A.C. 1416. enim Concilium appellabant ) extirpa-  
tioni schismatis ac hæresum, unioni Ec-  
clesiæ, ejusque emendationi in capite &  
membris, necnon Electioni novi Ponti-  
ficiis sedulam navarent operam. Nomi-  
ne vero sui Regis ac suorum collegarum  
paratum se exhibebat, ad exacte exe-  
quendam Narbonnensem conventionem  
prout ipsis in mandatis datum esset, quam  
primum congregationi fuissent aggregati.  
Gratiarum actionem hisce Legatis exsol-  
vit Cardinalis Vivariensis quadam ora-  
tione, in qua felicis recordationis Ferdi-  
nandum Regem, ejusque successorem  
multis laudibus extulit, & fuso sermone  
Benedicti pertinaciam perstrinxit. Ea-  
dem fere Cardinalis Florentinus perora-  
vit, & multis benevolentiae ac mutuae  
amicitiæ signis utrinque exhibitis, gene-  
ralis hæc congregatio soluta est.

## §. CCVI.

*Oratio Joannis Gersonii de B. Vir-  
gine.*

**Gerson. to.**  
3. p. 1436.

A liquot abhinc diebus, scilicet die octa-  
va ejusdem Mensis Cardinalis Ca-  
meracensis publice proposuit hanc quæ-  
stionem: utrum plenitudo potestatis Ec-  
clesiæ in solo Romano Pontifice resideat?  
Eodem die Gersonius sermonem habuit

in Laudem S. Josephi, & B. V. M. peti- Sæcul. XV.  
to themate ex illis Matthæi verbis cap. A. C. 1416.

I. *Jacob autem genuit Joseph Virum Mariae*, in eo differuit de immaculata Conceptione Beatæ Virginis, & quamvis hoc mysterium in Sacra Pagina disertis verbis non esse stabilitum, imo nequidem per claras consecutiones inde deduci posse affirmaret, hanc tamen quæstionem, an esset de fide, nec ne, a Synodo definiendam afferebat. Eidem Concilio proponebat, diem festum esse instituendum in honorem immaculatae Conceptionis S. Joseph, licet aliunde festorum frequentiæ tantopere adversari videretur, ut etiam plures ejusmodi festivitates abrogandas censeret. Gersonium autem erga sanctum Josephum magna devotione exarsisse constat. Extant binæ illius epistolæ de celebratione festi hujus Sancti.

### §. CCVII.

#### *Oratores Neapolitani auditi.*

Die decima sexta currentis mensis Orato- Vander  
res Jacobi Neapolitani Regis, & Joan- Hardt to. 4.  
næ II. ejus conjugis audiebantur. Ho- p. 862.  
rum jussu Synodo accedentes declara-  
bant, eorum Reges deseruisse, atque  
etiamnum deserere Benedicti obedien-  
tiam, Negabant, illos unquam cum eo  
clandestina fovisse consilia de occupanda

Q 2

Ro-